



M A T E R I Æ  
C H I R U R G I C Æ  
P R I M A C L A S S I S.  
R E P E R C U T I E N T I A.



Exterius applicata Remedia, humores vel in vasis contentos, vel extra vasa effusos repellentia etiam ulteriorem impellendorum decubitum in parte adaucta solidorum in fluida actione, impediencia, REPERCUTIENTIA proprie dicuntur, licet quæ posterius efficiant, DEFENSIVA Chirurgis strictius vocentur.

INDICANTUR. I. In periodico in partem blandorum humorum decubitu, prophylaxios scopo. Sic gelu vitiatibus partibus maturius nix applicatur: Continuus in oculos humorum affluxus ut impediatur, oculi aqua singulis diebus prudenter foventur, ALARY dans la question proposée de l'Acad. Royale de Chirurgie pour le prix de 1740. déterminer les différentes especes des Remedes repercutifs &c.

II. In

*II.* In doloribus, extenſionibus aponeuroſeos, ligamentorum, nervorum, tendinum diſtenſionibus. Dolor dentium frigida quandoque tollitur, frigida ſæpe diſtortum membrum reſtituitur *IDEM*.

*III.* In aneurifmate vero, varice, applicata glacies ſæpe auxilio fuit.

*IV.* In prolapſu ani, uteri, poſt reductionem.

*V.* In vulneribus recentibus, ut inflammatio, fluxio, tumor, prævertantur; quam in rem ipſa continui ſolutio aqua aluminofa ſæpe irroratur, etiam vicinæ partes repercutientibus muniuntur, *IDEM*.

*VI.* In inflammationibus recentibus, ut in phlegmone, apoſtemate, ophthalmia, odontalgia, angina, carbunculis, ambuſtione, *Cl. KULBEL. in eiusdem Quæſtionis propoſitæ Reſolutione.*

*VII.* In ſuppurationibus cancri, ægyløpis, hæmorrhoidum cæcarum impediendis, *IDEM*. Suppuratio tamen in cancro externo, cicuta tentato, impedienda non eſt, quæ in interno cavenda.

*VIII.* In nimio humorum effluxu, ut in hæmorrhagiis, ulceribus continuo plorantibus.

**CONTRAINDICANTUR** vero *I.* In humorum acrium, malignorum decubitu, in tumore, vulnere, ulcere malignis, in carbone, bubone, tam peſſimali quam venereo, ſcabiæ, eryſipelate, podagra, intertrigine.

*II.* In decubitu critico.

*III.* In

III. In plethoricis, cacochymicis.

IV. In rheumaticis, arthriticis, podagricis doloribus, tum aliis vehementioribus QUESNAY. *de la ſup-  
puration.*

V. In omni inflammatione obfirmata ut etiam in idiopathica; ſi aliquid præcedentium vetat, KULBEL. in inflammatione maligna, QUESNAY, tum glandu-  
loſa, IDEM.

VI. In evacuatione nimia ſanguinis, naturali, vel naturæ ſolemnis, ALARY.

Sunt vero repercutientia ex multiplici, ratione qua-  
litatis, materie deprompta, hæc refrigerando, illa ad-  
ſtringendo, tum & nonnulla anodyno effectu, repel-  
lunt, unde claſſis horum triplex.

## I. REFRIGERANTIA.

### EX REGNO AQUEO.

Aqua ſimplex frigida.

Nix.

Glacies.

### EX REGNO VEGETABILI.

Acetofa.

Alfine.

Ana-

Anagallis.

Endivia.

Fabaria.

Lactuca.

Lens palustris.

Nymphaea.

Portulaca.

Pomorum pulpa.

Sempervivum maius.

minus.

Sem. IV. frigidorum maior. }

Pultes.

minor. } Emulfiones.

## EX REGNO ANIMALI.

Albumen ovi.

Lac.

Lactis cremor.

Serum.

Sperma Ranarum.

Succus Cancrorum.

## EX REGNO MINERALLI

Nitrum.

Sal ammoniacum.

Plumbum.

} Soluta.

OFFI-

OFFICINALIA COMPOSITA.

- Acetum simplex.
- Oxycratum.
- Emplastra. Diapompholig.  
De spermate Ranarum.  
Saturninum &c.
- Unguenta. Album.  
Alabastrinum.  
Comitiffa.  
De Ceruffa.  
De Lythargyrio.  
Infrigidans GAL.  
Populeum. &c.

II. ADSTRINGENTIA.

EX REGNO VEGETABILI.

- Acacia. Cort. Succus.
- Alchimilla.
- Anserina.
- Balaustiorum Flores.
- Bistorta.
- Berberis.
- Equisetum.
- Fructus, omnes immaturi.

Crantz M.M. T. III.

K

EX

## EX REGNO ANIMALI.

Sepix atramentum.

os.

## EX REGNO MINERALI.

Alumina.

Bolus Armena.

Bohemica.

Calces bibulæ adſtringentes.

Ceruſſa.

Croc.

Cretæ.

Lapis Calaminaris.

Hæmatites.

Lythargyrium.

Lutum fornacum.

Minium.

Saccharum ſaturni.

Therमारum martialium ſedimentum terreum.

Terræ Sigillatæ.

Albæ.

Rubræ.

Terra pavimentorum nigra.

Tutia.

Viride Æris.

Vitriolum.

Vitrioli Colcotar.

Terra dulcis.

Zinci flores.

OFFICINALIA COMPOSITA.

Olea. Liguſtrinum.

Myrtinum. &c.

Emplaſtra.

De Lapide Calaminari.

Diapalınæ.

Defenſivum.

Stypticum Crollii &c.

Unguenta.

De Lythargyrio.

Diapompholigos.

Vina.

Auſtera.

Rubra.

Vinorum Rubrorum Fæces.

---

III. NARCOTICA.

---

EX REGNO VEGETABILI.

Bella donna.

Crocus. Eius *praeparata*.

Hyoſciamus.

Papaver. *praeparata*.

Solanum.

K a      OF-

## OFFICINALIA COMPOSITA.

Olea. Hyofciami.  
Papaverinum.

Emplaſtra.  
De Cicuta.  
Narcoticum Mynſichti.

Unguenta.  
Anodynum.  
Populeum compoſitum.

Et hæc quidem ea ſunt, quæ potiffimum in hæc cauſam recenſeri poſſunt; eſt tamen iudicio in his omnibus chirurgico opus, cum enim in triplici hæc claſſe nonnulla potentiora ſint, ſint & imbecilliora alia, quibus utendum, præſens caſus ſemper inſtruere debet: Eſt ubi ex binis claſſibus diverſa feliciter coniungas, tum ubi hæc potiora, illa deteriora obſerves: Sed hæc per regulas tradere nimis longum. Non recitendum tamen, quod iam olim HIPPOCRATES bene monuit, ſimilia inveteratas inflammaciones denigrare, tum quæ GALENUS edixit, vehementi iam in parte inflammata incuneatione facta, repercutientibus non amplius utendum eſſe, quibus & ea addi pulcherri- ma poſſunt, quæ in hos textus *Illustr.* L. B. VAN SWIETEN commentatur.

Narcotica quod ſpectat, ea quidem ex ſua natura non adeo damnosa, modo ſopito per hæcce dolori, non nimium fidat medicus, L. B. VAN SWIETEN, *Comment.* T. I. p. 366.



CLAS-